



1678.

1. Coccejus, Henricus : De jure apperendi.
- 2^{a, b, c} Coccejus, Henricus : De antichresi 3 Summ. 1678² 1744.
- 3^{a, b} Coccejus, Henricus : De eo, quod fit ipso jure

1679.

1. Coccejus, Henricus : De judicio novum.
2. Coccejus, Henricus : De eo, quod interest
3. Reichenbach, Christianus, Ernestus : De regali avarum
publicarum jure.
4. Textor, Joh. Wolfgang : De beneficio adhaerendi
appellationi.

1680.

1. & 2. Coccejus, Henricus : De prelio affectionis et amul-
nitatis. 2 Summ. 1700² 1715
3. Coccejus, Henricus : De praescriptione immemoriali
4. Coccejus, Henricus : De representatione legatorum quali-
tate.

5. Textor, Joh. Wolfgang: De remediis in si contudat.
1681.
- 1^o Coccejus, Henr: De emphyteusi. 2 Bndt. 1687-1715
2. Coccejus, Henricus: De praecedentiâ. 2 Bndt. 1700-1715.
- 3^o Coccejus, Henricus: De censa emigrationis 2 Bndt.
4. Francus, Georgius: De daltu humano.
- 5 Spina, Joh. de: De conditionibus testamentariis
cumque vi et effectu.
6. Spina, Joh. de: De J. Q. G. J. ... summorum
subalterorumque Tribunalium juris dictione ac con-
currentia.
7. Textor, Joh. Wolfgang: De jure cereo et ferreo.
- 8^a, 6^c Thuelemarius, Henricus Güntherus: De ordine
Episcopum J. Georgii et Pricelidii Caroleae in
Anglia. 3 Bndt. 1683: 1740.

1682.

1926
= Coccejus, Henricus: De legitima episcopi q. necessaria
praesentatione. 2 Sumpt. 1682 P. 1714

1715
= 29, 6. c. Coccejus, Henricus: De silentio 3 Sumpt. 1682
P. 1750.

3. Spina, Joh. de: Theses inauguralis pro licentia
summas in utraque jure honores consequendi.

4. Textor, Joh. Wolff: Fasciculus differentiarum
juris civilis Romani et j. statutarii liberae S. R. I.
reipublicae Altmensis.



[Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]



2. *QVOD FELIX FAVSTVM QVE*
SIT! 9

DISCURSUS JURIDICUS INAUGURALIS 6

De
EO QUOD FIT
IPSO JURE, 1678, 3^b

Quem

Authoritate & Decreto

NOBILISSIMI AC AMPLISSIMI JURIS-
CONSULTORUM ORDINIS IN PER-

ANTIQUA ACADEMIA

ELECTORALI PALATINA,

Adjuvante Numine,

PRÆSIDE

VIRO Nobilissimo Excellentissimo Consultissimo

DN. HENRICO COCCEJO,

U. J. D. JURIS FEUD. ET GENTIUM

PROFESSORE ORDINARIO,

Pro Summis in Utroque Jure Honoribus ac privi-
legiis DOCTORALIBUS legitime consequendis

Publico & solenni Eruditorum examini sifter.

OTTO PHILIPPUS ZAUNSCHLIFFERUS

Hanoviensis, Summi Tribunalis patrii Advocatus Ordin.

Ad Diem 27. Aug. 1678. H. E. L. S.

HEIDELBERGÆ. Denuo recusa Anno 1712.



CELSISSIMIS. ILLUSTRISSIMIS.
COMITIBUS AC DOMINIS
DN. FRIDERICO CASIMIRO

Et Celsit Ejus ex Dn. Fratre gloriosæ
memoriæ, Nepotibus

DN. PHILIPPO REINHARDO.

Atque

DN. JOHANNI REINHARDO.

Comitibus in Hanau, Rieneckio & Bipontio; Do-
minis Münzenbergii, Lichtenbergii & Ochsen-
steinii: Marechallis Hereditariis, & Advocatis Ar-
gentoratensibus: Dominis suis clementis-
simis, Gratosissimis.

Humillima Servitia!

Agnosco summum felicitatis mee gradum. Illustriss. Celsiss. Co-
mites Domini Clem. cui nihil minus cogitanti, fatorum in-
esperata clementia, hoc anni puncto capillatam frontem ostendit.
viles pagellas humillime offerendo symbolica (ut cum Jctis lo-
quar) me traditione Illustrissimis Celsitudinibus Vestris offerendi &
mancipandi, simul etiam (id quod felicitatis, primum opinor ex vestris
subditis

(3.)

subditis me beatis, caput) votivâ crenâ natales Vestros clarissimos; atque meâ Disput. Inauguralis celebrandi. Parietes medius fidius! Musei mei Heidelbergensis, gratulabundo applausu, hoc ipso tempore, Patriæ & toti comitatui Hanovico terque quaterque beato candidissimisque calculis notando, has literas ad Illustr. Celf. Vestras exaranti, acclamasse visi sunt, ipsum etiam calum solito lætiores vultus induit. Dies quippe sunt anno redeunte festi fastique Die 4. Aug. 1623, cali clementia, TE Auguste Domine FRIDERICE CASIMIRE! Terra, Parentibus, nobis donavit. Largior & benignior dies 2. Augusti, quâ, mirandum! infinitâ Dei Ter. Opt. Ter. Max. benignitate duo lucidissima terris Hanovicis, horribiles aliâs tenebras experturis, sidera, fratres scilicet Castor & Pollux feliciter oborta prædicantur, non quidem uno, sed duplici, ut partu sic gaudio. Enigmata loquor sed Oedipus ero. Dies illa secunda Augusti anni 1664. Te Illustrissime Juvenis Princeps, PHILIPPE REINHARDE! eadem sequenti anno revoluta TE D. JOHANNES REINHARDE nobis Dominos dedit, rarissimo certè & rarissimam inter Vos concordiam prænunciante exemplo, cui geminum nescirem, nisi Pelignæ gentis poëta Lib. 4. Trist. eleg. 10. de se ita posteritati narraret: Næc stirps prima fui genito sum fratre creatus: Qui tribus ante quater mensibus ortus erat. Lucifer amborum natalibus adfuit idem: Una celebrata est per duo liba dies. Itaq; si nihil illustre habet Disputatio hæc, hoc tamen habebit illustrissimū, quod in frontispicio nominum Vest. Illustrissimorum hedera suspensa micat. Si nihil habet auspiciati lætiq; hoc tamen latissimum habet, quod summa natalis Vestræ lucis gaudia memorat. Brevi hoc humillimi alloquiū filo latissima laudum Vestrarum præconia impræsentiarum non meditor, quibus, si Parcæ mihi parcent, majorem jam aream destinavi, quamvis celebriorem buceinam Vobis desiderem, cui non ignotum Alexandrum, nonnisi ab Apelle pingendum; nonnisi à Lysippo, fuso ære fingendum. Hoc sacra hac luce AGO! ad devotissimum votum stylum rudior em delabi volo antiqua formulâ (ex l. 1. C. de veteran. lib. 12.) acclamans: Augusti Principes nostri! DEUS Vos nobis servet, nostra salus, verè dicimus,

(4.)
*cimus, jurati dicimus. DI Vobis Comites Clementiff. ad Nestores
dies terras Hanovicas, Vos iis relinquunt, & vel de nostris annis Ve-
stros augeant. DI omnia dira & dura à Vobis averruncent, mentem
sanam in corpore sano largiantur & largissimum omnium benedictionum
Spiritualium & corporalium imbrem, in sanctissima capita Vestra bene-
voli derivent, inde (ceu balsamus Aaronis in ejus vestes) in subditorum
domicilia defluxurum, & ut Nilus, agros Hanovicos fecundaturum.
Ita ex animo suo vovet:*

Illustrissimarum Vest. Celsitudinum

Heidelbergæ è Museo,
diebus natalibus Ve-
stris. 1678.

Subjectissimus Servus

Otto Philippus Zaunschlifferus: Philippi
Zaunschlifferei Illust. Comitum Hanov.
raro exemplo per novem lustra Officia-
rii, nunc Camerae Consiliarii, Filius.

IN



IN. NOMINE. DOMINI. NOSTRI.
JESU. CHRISTI. AMEN!

DISCURSUS JURIDICUS
DE EO QUOD FIT IP SO
JURE.

Prooemium.



Argumentum, prælucente Divinæ gratiæ Pharo, & Tuo, Quisquis es! Benevole Lector! Favore humanitateque magis, quàm ingenioli humeris, tenui admodum tibicine fultis, fretus aggredior, ut tricis, circa ipsos juris nostri cardines serpentibus, sat implicatum, & per spatiosa universi Juris latifundia sese diffundens indeque non sine sudore (in vasto quippe pelago sine ducibus Doctorum, nullibi, quod sciam, hoc de themate ex professo agentium, vestigiis, Comite non amplius uno labore erramus, itaque si erremus faciliorem veniæ impetrationem, non speramus sed confidimus: cum materia sit, in qua hallucinari, si non laudem, tamen veniam meretur) eruendum: sic præstantiâ & utilitate, tam in scholastico pulvere, quàm divite clamosi fori arenâ, conspicuâ, laboris amaritudinem compensans, quippe de quo, sine ullo veritatis dispendio, idem mihi prædicare integrum, quod de epigrammatibus

ait Martialis, id scilicet curione i. e. commendatione non egerē.
*Dn. Wissenb. ad ff. p. 1. disp. 13. th. 1. & detit. restit. in integr. Ulpianus
 in l. 1. ff. d. t. ac de exercitoria actione idem l. 1. pr. ff. de exer. act.*

§. 1. Ne vero illotis, (quod tritum crepat proverbium eleganter
 in simili casu adhibitum à Cajo in l. 1. ff. de orig. jur.) manibus, ad
 ipsam rem statim prouam, & sic in ipso limine, notas Disputatio-
 nis orbitas (ut olim Remus murum Urbis. l. ult. ff. de rev. div.
 quamvis fratricidii rationem, in d. l. ult. adjectam falsam & insuffi-
 cientem pronunciet Cl. & quem mortuum Themis vetat vetabitq;
 mori, *Wissenb. p. 1. disp. 4. th. ult. adde. p. 2. D. 19. th. 28.* Sed ne ex-
 tra oleas dum extra orbitas nolimus!) transcendendo violem, pri-
 us verborum quorundam rubricæ vices peragentium, atque merita
 rei non parum concernentium vim ad stateram Grammaticæ Logi-
 cæq; brevibus expendam, eadem ambiguitatis, in omni disputatio-
 nis atrio notandæ & enodandæ vinculis liberaturus, tandemque Sy-
 nonymia luce declaraturus.

§. 2. A TE imprimis, Clementissime Deus! Pater Optime, à
 quo omnia principium suum habent, laboris hujus, ut aliorum omni-
 um, exordium capio, supplicibus votis opem Tuam, qui summus
 iusti Autor es Fautorque exposcens. Dirigito quæso! mentem ma-
 numque in veritatis semitis, & benedictionis rore labores hos spar-
 gito. Duc me inoffenso pede, in hoc stadio sat lubrico, sat sale-
 broso à carceribus ad exoptatam metam, ut omnia cedant, præpri-
 mis ad æternam Sacro-Sancti nominis Tui gloriam, tum ad Justi-
 tiæ incrementum, Patriæ, vel (si huic desiderata debita pietatis offi-
 cia, promptà mente atque fidei diligentia perfolvere negatum) loci
 quo me clementissima fata vocabunt, emolumentum, Parentum
 gaudium, consanguineorum applausum, Amicorum vota, inimi-
 corum denique invidiam. Amen.

Capitis primi.

THESIS I.

DE eo autem, ut frontispicium Disquisitionis hujus docet, acturus
 sum, quod sit ipso jure. Præprimis, ne (quod tamen in Corpore
 Juris non est inauditum, licet repugnare satagat Cujacius vid.

Wif-

Wissenb. p. 1. D. 16. th. 1. Hahn ad Wesf. de reb. cred. num. 7.) rubrum latius sit nigro, & hinc scuticam Aristarchi sentiam, dicentis cum Horat. in Arte. *Quid dignum tanto feret hic promissor hiatu: parturiunt montes nascetur ridiculus mus.* TE, B.L. monitum velim, non tam plenis arrogantiae velis ad summum audaciae gradum me protrudi, ut Tibi persuadere satagam, de omni eo (prout verba de eo accipiuntur à Modest. in l. 1. ff. qui test. fac. poss. explicante *Wissenb. p. 1. d. 54. th. 6.*) quod sit ipso jure, me pro rei copia egisse, cum nec temporis, intra quod hoc thema fuit elaborandum & elaboratum, angustia, nec etiam sacri Academici speciminis limites concesserint, tantum Juris & Scriptorum Juridicorum Oceanum pernavigare, & tantam segetem in horreum tam angustum recondere. Hoc tibi tamen affirmare nullus erubescit, pauca, forte minus utilia, utpote desuetudine inumbrata nec Imperiali remedio illuminata (§. 5. Proc. Inst.) vel iis, qui primis saltem labris Themidem salutarunt nota, vel denique omnium punctis approbata futura, ex jure civili, cui potissimum (interdum enim ut varietas delectet, flosculo ex Jure Can. & Feud. decerptos inserimus) hæc altaria fumant, quæ curiosius inquirentis oculos fugerint licet pleraque lineis brevissimis adumbrarim, & summo Digito atque quasi per indicem, *quæ Phrasis est Justin. in calce Inst. tetigerim: accuratorem explicationem tractationemque ex I.L. & Dd. citatis promittens.*

II.

Pronomen porro *Ipse* mihi hæc non, *integrum*, denotat, uti accipitur à Paulo in l. 66. ff. de Verb. Obl. Verb. sed si ipsorum. Quamvis enim, monente ad d.l. Gothofredo, Viro ad prodigium usque excellentem, & verè (ut ait Cic. de Orat.) Istorum memoriam habente, vulgaris lectio rejecta voce *ipsorum*, substituatur *ipse*, quo admisso hæc cadet acceptio: Ego tamen, Florentinæ lectionis auctoritatem, ut ex *Hahn. ad Wesf. rubr. tit. de just. & jur.* apparet maximam, vindicantibus nomen dandum censui, præsertim cum os humerosque, ut sic dicam, similis ejus vocis acceptio occurrat apud Cic. lib. 3. ad Att. epist. 21. in princ. Nec secundo dictum pronomen *ipse* mihi significat *idem* quod Ulpiano in l. 8. in fin. ff. de his q. nov. infam. Sed juxta nativam suam significationem qua concurrentia vel adminicula alia emphaticè excludit, servit. Vocabulum denique

que *Jus* multa habet significata apud omnes Dd. obvia. Omnium instar sint, in evolvenda vocum ambiguitate nusquam non accuratissimus & rigidissimus Dn. Hahn d. l. num. 14. in pr. & Schotan. Exam. p. 1. quest. mihi 9. Mihi hinc capitur pro vi & dispositione legum, adeoque in genere ipso jure ea fieri dicuntur, quæ sine facto hominis (v. g. judicis sententia) aliàs ad eam rem regulariter necessario tacita juris cujuscunque (sive civilis sive prætorii; & sic verba latius accipiuntur mihi, quam olim, ubi ea tantum, per excellentiam jus civile prætorio contradistinctum, & fere XII. tabb. denotabant, nec semper factum hominis excluderent docentibus per LL. Schardio & Calvino in Lex. voce ipso jure) vi & autoritate vel potestate fiunt. vide Felin. in cap. Rodolphus §. ult. num. 24. X. descript. quem locum debeo humanissimo discursui Viri Nobiliss. Excell. D. D. Textoris Jcti consumm. & p. t. Decani Facult. Juridicæ Heidelberg. Adde Wissenb. p. 1. disp. 53. th. 23. Item p. 1. D. 29. th. 7. & Cl. Struvium Synt. Civ. ex 46. th. 78. in princ. & ex. 47. th. 15. & 17. quorum duorum Virorum, ut omni laude majorum sic omni calumnia potiorum scriptis, Juris Studiofi ut adscriptii glebis adhærere debent.

III.

Transendum ad æquipollentes particulas phrasisque brevibus considerandas, quarum hæ sunt potiores: *Modis omnibus, omnino penitus, illico, ipso facto, statim, funditus, ultrò, nihil agitur, nullius momenti res est;* & similis farinæ, quæ ex LL. citandis facili negotio colligi possunt. Conf. Gothof. ad Nov. 6a. cap. 1. Calvinum in Lexic. dictis vocibus, & in verb. ipso jure nullum. Gail. de Pac. Pub. lib. 2. cap. 3. num. 2.

IV.

Hactenus circa voces hæssimus, nunc teritur nostris area major, equis; cum ad rem gradus sit faciendus. Omnia autem, quæ ipso jure fiunt, ad tria summa capita revocari posse videntur, aut enim ipso jure quid acquiritur, quo de in thes. seqq. huj. cap. 1. aut adimitur quæ materia erit capitis 2. aut actus aliquis annullatur & irritatur, quod cap. ult. explicabit. Acquiritur verò dicto modo, vel *Jus personarum* vel *Jus rerum*. Juris personarum, pro triplici statûs natura tres sunt species. I. *Libertas* (interdum plenaria, quæ ingenui-

nuitas est,) cui privatè opposita servitus, quam sequitur ademptam
 jus patronatus. II. *Familia*. III. *Civitas*. Struv. *Ex. 3. th. 7. per l. f.*
ff. de cap. min. Ad quod Jus personarum, Imperatoris vestigia &
 auctoritatem in *pr. Inst. de his q. sunt sui vel al. jur. juncto pr. Inst. de*
rurel. secutus, refero *Tutelam & Curam*. Et hæc omnia præter pos-
 sessionem de qua *seq. th. 27.* in genere ipso jure postliminii restitu-
 untur vide *l. 14. & passim. ff. de capit. & post.* adde ante omnes insi-
 gnem ingenio Hug. Grotium de *Jur. bell. & pac. lib. 3. cap. 9. tot.*
 Magnif. D. Strauch. olim Antecess. Juris Jenensem nunc Giesen-
 sem in *Disp. Jur. Justin. V. aph. 31.* collato etiam Wissenb. *p. 1. d. 50.*
th. 5. In specie.

V.

Libertas ipso jure & sine Domini manumissione acquiritur ser-
 vo (quo nomine cæteris paribus & ancilla venit *l. 40. §. 1. l. 127.*
l. 195. pr. ff. V. S.) qui I. necem domini detexit: ut vult per *l. 5. ff.*
qui sin. manum. ad libert. perv. Struvius ad *d. r.* Graviter obstat *l. 1.*
C. pro quib. caus. servi pro prem. lib. accip. nisi verba finalia non ipso facto
 sed aditione & sententia: de sententia declaratoria accipiat, vel jus ff.
 à jure Codicis distinguat, vel denique dicat, & veriùs in *d. l.* non
 dominum (ratione cujus ipso jure & sine ejus manumissione est li-
 ber servus) sed prætorem manumittere. II. Singulare Reip. benefi-
 cium præstitit *l. 2. l. 3. l. 4. C. d. r.* III. Ei quem gravi morbo de-
 cumbentem dominus neglexit *l. 2. ff. qui sin. manum.* ibique Gothofr.
 (quam leg. inter alia argumenta, ad partes vocant Belgæ libertatem &
 exemptionem ab Imper. Rom. Germ. defendentes: quod meritò displi-
 cet Limnæo de *Jur. Pub. lib. 1. c. 9. n. 20. 21.* nihil tamen nisi genera-
 lia ad *d. l.* reponenti) non verò ei, quem in causâ capitali fortunæ
 judicii commisit Dominus, si postea absolvatur *l. 13. ff. de stat. hom.*
l. 9. ff. de publ. jud. IV. Ex constit. Divi Marci (circa quam difficile
 dubium occurrens enodatum dare laborant Cujac. *10. O. 21. & 10.*
O. 29. Wissenb. *p. 1. d. 35. th. 29.*) ei qui ita venditus est, ut intra
 certum (de simpliciter, ut manumittatur, vendito, vide *l. ult. ff. de his*
qui sin. man.) tempus manumittatur si contra pactum factum fuerit.
l. 1. ff. eod. (cujus rei notabilis effectus in serva pariente occurrit in *l. 22.*
ff. de stat. hominum. l. 3. C. si mancip. ita fuer. alien.) *d. l. 1.* cum quia com-
 mittunt *l. 3. ff. de his qui sin. man.* & *l. 3. ff. de serv. export.* quas alii
 de jure stricto, libertatis favorem haud considerante loqui putant,

B

quam-

quamvis talis responsio fallax judicetur à Wissenb. p. 1. disp. 2. th. ult. qui tamen simili utitur d. p. 1. D. 8. th. 5. verius autem est d. l. 1. loqui de casu ubi venditor ante diem existentem mortuus est: adeoque dissentire iusto tempore non potuit. Tangit hanc legum pugnam Struvius Ex. 40. th. 52. Zælio conciliatore vocato: vide Pacium enant. cent. 3. quest. 92. (qui in d. l. 1. specialem esse casum putat) & 95. Dicta autem constitutione (ad donatum ea lege servum extensâ l. 3. ff. de his qui sin. man.) ad libertatem perducti, liberti sunt emtoris l. 2. ff. de jur. patr. l. 45. pr. ff. de rit. nupt. Sic V. ea servilis schematis fœmina, quam quis, uxorem non habens, in concubinato usque ad mortem habuit, & de ea, ut ancilla nil disposuit, post domini mortem, cum liberis fit libera l. f. C. commun. de manum. Adde l. 2. C. si mancip. ira fuer. alien. & ad tot. th. Vultej. in Jurisprud. lib. 1. cap. 5. §. A lege & seqq.

VI.

Adjice VI. eam quæ veniit sub pacto ne prostituatur, si postea, spretâ pacti fide fuerit prostituta l. pen. C. si manc. ita venier. & hæc liberta fit venditoris l. sed si 10. §. 1. ff. de in. jus voc. l. 7. pr. ff. de jur. patron. Imò emtoris l. 34. pr. ff. de evict. Adsis Paci enant. cent. 1. quest. 65. & rem pro tua dexteritate explica. Denique VII. idem juris est in servo vel adscriptitio, cui feudum dedit Dominus: Vide Vultej. 1. feud. cap. 4. num. 7. Schnob. disp. feud. 3. th. 20. vel quem tutorem dedit §. 1. Inst. qui testa rur. dar. poss. vel quem patitur esse militem secularem l. 6. l. 7. C. qui milit. poss. vel spiritualem Lancell. Inst. Jur. can. lib. 1. tit. 30. §. quinimo: vel quem heredem scripsit: Struv. Ex. 34. th. 13. Quæ & similia jura hodie Dd. applicant ad proprios homines, prout videre est apud Hahn ad W. de naral. restit. Struv. Ex. 3. th. 23. & ex. 40. th. 75. Hufan. de hom. propr. cap. 8. quest. 5. pag. m. 192. &c. quo respectu hanc materiam (quæ aliàs cum lance & licio, ut ait Gellius, evanuit) aspernari nolui cum antiquas fabulas, ut proœm. Inst. dicitur, Lectori propinare, ut alii veteratores assolent, nimia miseraque diligentia, ut in l. 88. §. fin. ff. de legat. 2. ait Scævola, non sit mei moris, cui mirum quantum! placet illud Paulum in l. 25. pr. ff. de liber. leg. consulentis desiderium: PLENIUS ROGO, QUÆ AD HÆC SPECTANT ATTINGAS,

(II.)

GAS, QUOTIDIANA ENIM SUNT. Sequor hac in re elegantissimas Disputationes Inaugurales Nobiliss. Excellent. Consultiss. Virorum D. Joh. Danielis Herferi Jcti Consilarii Hanov. & Syndici Neohan. & D. Conradi Herferi Jcti, & Consilarii Electoris Palatini: quibus fratribus (non naturâ, sed virtutibus, exactissima juris scientiâ, addo & merita felicitate gemellis) plus quam me ipsum debeo. Mantissæ loco, antequam ad alia veniam, hoc quod etiamnum usum habere potest, moneo, servum ex peregrinis oris, servitutem adhuc foventibus allatum v. g. in Belgicam terram statim liberum fieri Scotan. *exam. p. 1. quest. mihi 193.* Nob. ac Clariss. Vir. Dn. Joh. Tesmarus Antecess. Marburg. *in disput. quadam de Asilis §. 17.*

VII.

Rationa in jure sunt *servitutis* vel *juris patronatus* ipso jure quæsitorem exempla, quæ & ipsa anxie venari non placuit: ne tamen ad odium avari simus aliquot annectemus. I. Ex *l. 1. C. de Serv. exp.* ubi fisco, tali modo acquiritur servitus in eum qui, (cum, ut servus venderetur, hoc pacto fuit venditus, ut ex certo loco exportaretur) postea manumissus in locum illum venit. II. Ex *l. 9. ff. & l. 2. C. d. t.* ubi domino, qui, si contra pactum mancipii venditioni adjectum, factum fuerit, manus injectionem pactus est, existente conditione jus servitutis vindicationem concedens acquiritur: Vide Struv. *Vind. priv. cap. 14. aph. 2. III. ex Hufano Sup. cit. cap. 8. quest. princ. V. num. 22.* qui jus in homines. v. g. adscriptitios (quos quoad statum non esse servos defendit Struv. *ex. 3. §. 22.* esse putat Hunn. *Var. res. lib. 1. Tract. 2. qst. 5.* medium participationis tenere Schnob. *ad ff. disp. 1. §. 27. ibique Bojer. Pacius in Isag. tit. C. de agrig. censit.* habes opiniones; *elige cui dicas, tu mihi sola places!*) proscripto ademptum, fisco acquiri docet: Uti servitus eidem ipso jure acquiritur servo ut indigno erepta libertate: Vide Dd. *ad tit. de adempt. libert.* Non idem dicendum de jure patronatus, quod patrono perduellionis damnato ipso jure, ut reliqua bona non acquisitum erit fisco, sed liberis est salvum *l. 4. ff. de jur. patr.* quod & fit si ex alia causa pater condemnatur *d. l. 4. l. 5. C. de obs. par. & patr. præst.* (quas tamen graviter læciat *l. 3. ff. de interd. & rel. Esculapium se offert Gothof. ad d. l. 3.* Cujacium *VI. O. 23.* secutus,

qui *d. l. 3. de jure at d. l. 4. l. 5. de constitutionibus intelligit.* Sæpe enim de re aliter disputant Jcti aliter rescribunt Impp. si audis Wissenb. p. 2. D. 36. th. 17. quem Celeberr. quidam Vir anti-nomiarum venatorem nominat. Aliud emplastrum haud fatis salubre coxit Pacius cent. 6. quest. 64. d. l. 3. ad liberos à patre damnato acquisitos restringens Durlora tentat Wissenb. p. 2. D. 34. th. 11. Nos novam dabimus in conflictu.) vel libertum aut libertam jurejurando adegerit ne nuptias contraheret l. 8. §. 2. ff. de in jus voc. (cui iterum occinit l. 15. ff. de jur. patr. placata eidem Pacio cent. 1. quest. 64. d. l. 8. de in jus vocationis licentia: at d. l. 15. de successione in bona liberti accipiendam putanti) vel eam capitis accuset l. 17. pr. ff. de jur. patr. IV. Ex Constit. Justiniani in l. ult. C. de emanc. lib. quæ vult, ut pater filium emancipans, ipso jure & sine contracta fiducia, quæ aliàs requirebatur §. ult. J. de legit. agn. succ. jus patroni acquirat. add. Wissenb. p. 2. D. 13. th. 12. Claudio & hanc thesin monito, & quidem hoc, quod si libertus erga patronum fiat ingratus, eum non ipso jure, sed instituta, si velit talem penam, actione revocatoria jus servitutis acquirere, quam actionem etiam jure veteri potuisse institui putans, votum non fert Cujacii refutati Wissenb. p. 2. D. 13. th. 17. cui comitem jungo Hunn. Var. res. lib. 1. Tr. 2. quest. 10.

VIII.

Casum familia ipso jure acquisitæ mentis corporisque oculos, per omnes quos curta librorum suppellex habet Doctores, volventi nondum licuit invenire: fortè nec inveniam: cum tres modi patriam potestatem, & per hanc, familiam acquirendi, videlicet nuptiæ, legitimatio, adoptio, facto expediuntur: Quartus verò modus, quem addere video Ludvv. ex. 2. th. 2. scilicet retractio filii emancipati ingrati, (cujus ingratitude notabile exemplum nuper vidit patria mea, in filia quæ patrem J. F. nonagenario majorem incestus ante 30. annos secum commissi insimulavit: me advocato die 23. Jul. absolutum: quod ut obiter sic præfiscine dictum velim Mome honoris avide, indige, indigne!) præterquam quod & ipsa factum requirat patris querelâ emancipationem rescindentis Scotan. exam. p. 1. quest. m. 220. ibique Cleric. etiam hodie rarò occurrit, præsertim cum ex communiore & veriore opinione, emanci-

mancipatio hodie non amplius sit capitis diminutio: Struv. ex. 3. th. 66. Hahn ad *W. de cap. min. num. 6.* Franz. ex. 3. *quæst. 3.* Si tamen in hoc articulo aliquid est tentandum posset fortè (præter jus postlim. & dignitatis de quo §. 4. §. 5. *Inst. quib. mod. jus patr. pot. solv.* adde præc. th. IV. in calce) huc trahi mors patris l. 195. §. 2. *vers. & cum V. S. & pr. Inst. d. 1.* ubi traditur mortuo avo interdum, non quidem familiam filiof. sed patri sine ullo suo facto jus potestatis acquiri. Denique *Imperii & Jurisdictionis* ipso jure acquisita exemplum est. I. In rege Rom. in quem, mortuo Imperatore Sceptum ac titulus Imperatorius dicto modo transit, dicente Daniel Ott. *de Jur. Pub. cap. 15.* nota Authorem (Gottlieb von Hagen) *comitiol. Ratisb. part. 2. Diff. 3.* II. In fisco, cui Jurisdictio alteri adempta, perinde, ut aliæ res, eodem modo quæritur, ut interdum domino directo qui eam in feudum concessaret: consule Feudistas cit. *seq. th. 18. num. 5. in fin.* III. In infante, cui, ut & impuberi & furioso, ipso jure, domicilium constituitur sub illo magistratu, ubi vel pater habitavit, vel illi majorem bonorum partem habent; nota Struv. ex. IX. th. 27. IV. In quibusdam causis ipso jure ad Cameram devolutis: vid. Denais. *in Jur. Cam. num. 171. §. 1. 2. 6. pag. 263. & 6.* V. In filiis, libertis, adoptatis, quibus jus civitatis, patris, manumissoris, adoptantis lex acquirit: Struv. ex. 50. th. 49. *ibique cit.* Cui VI. simile quid est in civibus Bernensibus, quibus statim ac cives Bernæ fuerint facti, jus civitatis Genevensis est quæsitum, & vice versa. Wendel. *in Polir. lib. 1. cap. 6. th. 9.* qui & addit, Regem Galliæ electum, fieri civem Helvetiorum & Venetorum, sed honorarium non subjectum.

IX.

Quantum ad *tutelam & curam* sciendum, HANC quidem, utpote ex Prætoris datione ferè solùm pendentem, etiamsi pro digo agatur, vide *seq. th. XIX. cap. 2.* nulli ipso jure acquiri: *Vid. §. 1. & 2. Inst. de Curat. juncto Wissenb. p. 1. D. 53. th. 21.* marito tamen ita cura bonorum paraphernal. datur l. *fin. C. de pact. convent. ram super dor.* secus est in dotalibus & receptitiis, quia illorum est dominus, in his omnis cura prohibita. Hahn ad *W. de tutel. num. 5. ad verb. Et marito cura.* Nec sententiæ hujus loriam perterebrat §. *pen. Inst. de excus. tut.* quia vel ibi, ut alibi, vox *potest* denotat de-

bet: *Oleman disp. VII. Summario 28. 29.* vel excusare denotat immunem esse, ut in aliis LL. Hahn *d. l. conf. Nobil. Præclar. & Charissimi quondam, Domini Avunculi Petri Reich. Schefferi p. m. Consil. Hanov. Medullam Bachov. ad d. §. pen. & de moribus præter Hahn d. l. Wissenb. p. 1. D. 53. th. ult.* ILLA verò ipso jure seu sine datione testatoris vel prætoris quaritur. I. Tutoribus legitimis (XXV. annis majoribus *l. si reliquero 8. ff. de legit. tut. §. item 13. Inst. de excuss. tut. l. ult. C. de leg. tut. Hahn ad Wesf. tit. de tutel. num. V. ad verb. quin moribus. Wissenb. p. 1. D. 52. th. 4.*) si testamento non sit datus tutor: vel ita datus mortuus fuerit. *l. 11. §. 3. ff. de test. tut. non si excusatus vel remotus d. l. 11. §. 1. 2. Struv. ex. 31. th. 22.* Sic II. tutore dativo duobus fratribus constituto, si unus fratrum legitimæ fiat ætatis, ei tutela tratis ipso jure acquiritur, Montan. *de Tutel. cap. 37. reg. 1. num. 66. 67. pag. m. 810. per l. 9. §. 1. ff. de de tutel. & var.* Nec impedit tutelæ legit. delationem patris nuda prohibitio ne agnatus N. si tutor: Struv. *d. l. (aliud in matre tutrice defendere placuit Strauch. Diff. V. aph. 31.)* quæ tamen dativam tutelam impedit *l. 21. §. 2. ff. de tut. & curat. dat ab his l. un. C. si contr. matr. vol. tut. dat.* Est hujus loci quæstio an III. uno ex tutoribus mortuo, alteri pars demortui ipso jure accrescat? Quod negandum puto *arg. l. 11. §. f. ff. de test. tut.* Alias LL. pro hac sententia adducit Montan. *d. cap. 37. reg. 2. num. 131. Struv. d. ex. 31. th. 51.* An inter legitimos tutores, quibus, ut dictum, initio tutela ipso jure quæsitæ, idem sit major dubitandi ratio videtur. Monitus tutela voce, annecto dominum territorii non teneri ad damnum in viis publicis illatum, nisi salvus conductus specialiter fuerit concessus, utut quidam sint qui iter facientibus, ipso jure tutelam quæsitam dicant, quibus saniora monstrat Du. Bejer. ad Schnob. *disp. feud. IV. th. 21. Carpz. Prax. crim. p. 2. quest. 91. num. 60. &c.*

X.

Pergendum ad *Jus verum*, ubi latior lætiorque campus occurrit. Illud verò, ut in confesso est, in duas species dispecitur, nempe in *jus in re & ad rem*. *Jus ad rem* seu obligatio (quam quidam invitâ Jurisprudentiâ ad *jus personarum* referunt, satis exar- mati Scotano in optimæ nota libro. Exam. Jurid. p. 1. quest. m. 224.

Strau-

Strauchio Diff. 12. th. 1. Hunnio Var. res lib. 1. Tr. 2. quest. 3.) triplici ex fonte fluit. 1. conventionis. 2. delicti. 3. pollicitationis. *Struv. ex. 6. th. 4.* Obligatio ex pollicitatione valida & efficaci semper ipso jure, DEO, ecclesiae vel Reip. acquiritur arg. l. 3. pr. ff. de pollic. *Hahn ad d. r. num. 1. in fin. conf. Magnum Grotium in divino opere de jur. b. & p. lib. 2. cap. XI, num. 14.* Sic & si quis in judicio alteri privato quid pollicetur, is obligatur licet alter non acceptaverit, vide *Mollerum* (ex quo & *Berlichio*, omnia sua *Carpzovium* verbotenus scripsisse ait *Cl. Tabor Relat. Argent. 38. num. 9.) lib. 4. sem. cap. 40.* & talis obligatio paratam habet executionem, *Afflict. dec. 387.* Ex delicto ipso jure acquisitae obligationis exempla, primo intuitu, corvis albis videntur rariora cum enim in obligatione inducenda jus admodum sit parcum arg. l. 47. ff. de obl. & act. in obligatione tali modo, ex delicto quaerenda erit parcissimum arg. l. 37. pr. ff. de minor. Huc tamen omnino pertinet. I. Quod docemur §. 2. & seqq. *Inst. de injur. & ter. ff. cod. passim.* quod per injuriam (idem de damno filios. vel servi rebus dato dicendum) filios. uxori sponsae, servo, mercenario, defuncto, illatam, actio ipso jure & sine cessione (quae nec in hac actione licita, eleganter tradente *Dn. Strauch. Diff. 17. th. 18.* quamvis dissentiat *Hahn ad W. de injur. num. 13. in pr.* *Hunnio Var. res lib. 4. Tract. un. part. 7. quest. ult.*) acquiratur patri vel avo, marito (quis injuriarum agat marito cornuti nomine, insignito vide *Cl. Avunc. Med. Bach. ad d. §. 2.*) socio sponso, domino, conductori, heredibus. De socio agit l. 52. §. 16. ff. pro socio, ubi *Gorb.* Vide *Dd. ad d. t. ff. & Inst.* Quorum serinia curatius compilare, instituti ratio non admittit. Hoc tantum addo, ob injuriam cognato illatam, aliis cognatis actionem non dari jure civ. *Wissenb. p. 2. D. 30. th. 18.* licet contrarium in praxi sit receptum, modo cognatus criminaliter agat, *Hahn d. l. num. 6. ad verb. neque tamen.* II. Huc spectant ea, quae traduntur §. 1. 2. & ult. *Inst. de obl. ex quasi del. ubi actori in alium quam delinquentem nata est actio.* Quod pertinet quod de milite ob delictum uxoris conveniendo traditum à *Pacio cent. 1. quest. 47. Scotan. exam. p. 1. quest. m. 722.*

XI.

Possum huc III. citra veritatis dispendium referre obligationem

nem ad ufuras & alia, ex mora (quæ delictum sapit) quæ sine interpellatione, ipso jure, acquiritur præcipuè. I. Fisco. *l. 17. §. 5. l. 43. ff. de usur.* II. Pupillo & minori, *Vid. l. 3. C. in quib. caus. rest. Sc. Scotan. exam. p. 1. quæst. m. 695.* quorum jure & hic fruuntur pia loca: Arumæus *p. 1. dec. 3. num. 21.* III. In fideicommissariis libertatibus *l. 26. §. 1. ff. de fideic. lib. nota Vultej. I. Jurisprud. cap. 5. §. Eo tamen.* IV. In dotis promissæ dilata solutione: Wissenb. *p. 1. D. 42. th. XI. in fin.* qua de re notabilem vide decis. apud Arum. *d. l. adde Struv. ex. 30. th. 7.* Alium ejus dilationis continuatæ effectum tradit *Afflic. dec. 242. & 333.* V. Si non exstet qui conveniatur. *l. 23. §. 1. ff. de usur.* VI. Si emtor non solvat pretium pro re vendita, licet nullos fructus percipiat: *Struv. ex. 23. th. 105.* sibi ut videtur jugulum petens *ex. 27. th. 68. num. 4.* Quo casu interdum à tempore traditionis, interdum à tempore moræ usuræ debentur: *Vid. Wefenb. de act. emt. num. 7.* Bejer ad Schnob. *Disp. ff. XI. th. 18.* & apud Hahn *ad Wef. d. t. num. 4.* præjudicium, qui & *ad tit. de usur. num. 3.* id quod de venditione dictum, ad alios contractus ultro citroque obligatorios extendit. VII. Si de re à prædone vel fure restituenda agatur *l. 8. §. 1. ff. de cond. furr. conf. Cl. Dn. Avuncul. p. m. Med. Bach. ad §. 1. Inst. de inut. stip. verb. veluti Strichum.* VIII. Ex actione rei judicatæ *l. 2. C. de usur. rei jud. Struv. ex. 27. th. 45. in fin.* IX. Si quis, ex contractu alienam apud se habens pecuniam, eam cum posset & teneatur sænori non dederit *l. 24. C. de usur.* X. Si obligatio sit in diem certum: quo veniente debitor sine nova interpellatione in mora constituitur: *vid. Strauch. Diff. 18. aph. 24.* Wissenb. *p. 1. D. 42. th. 16.* (qui duo, si in aliqua quæstione consentiant; dicas licet), quod olim juris Autores de Juliani & Marcelli consensu: quod explicat D. D. Wissenb. *ad ff. p. 1. D. 24. th. 9. & ad tit. de V. S. Disp. 5. th. 8.*) Limitationem suggerit Berlich. *p. 1. dec. 156. num. 16.* At si sub conditione quid promissum, non statim existente ea, quis in mora est; sed interpellatione opus: *Struv. d. ex. 27. th. 68.* Rationem differentiæ inculcare satagit Wissenb. *d. th. 16.* An & per juram. obligationi adjectum, ipso jure mora contrahatur quæstionis est? Nusquam id dictum aut pictum in jure putat Scotan. *exam. p. 4. quæst. m. 159.* cum quo facit *Strauch. Diff. 18. aph. 23.*

aph. 23. in fin. Cæterum quando Vasallus non requisitus domino servitia præstare cogatur, tradit Schnob. *Disp. feud. 8. th. 15.* Struv *Synr. feud. cap. XI. aph. 9.*

XII.

Obligationis *ex conventionione* ipso jure quæsitæ, sunt hæc exempla notabiliora. I. Si actio personalis alicui sit legata, *juxta §. 21. Inst. de legat.* Struv. *ex. 35. th. 7. junctâ th. 18.* nec obstant d. §. verba, *ut præset*, nam illa coactio, ad præstandam ab herede actionem, non videtur esse absolutæ necessitatis arg. verbi *potest*, indicantis etiam sine cessione heredis, legatarium actionem habiturum, si non directam tamen *utilem*: & personalem, per *l. 18. C. de legat.* Struv. *d. ex. th. 15.* & hypothecariam Wissenb. *p. 2. D. 1. th. 17.* Si verò factum (licitum *l. 1. 2. §. pen. ff. de leg. 1. l. 114. §. 9. ff. eod. ubi Goth.*) abs herede alicui legetur, ibi quidem parè modò obligatio acquiritur, sed ea originem & primos natales non debet, ut prior, defuncti conventioni. II. Si rem vendidit, vel ex alio contractu oneroso, emtioni, affini, tibi tradidi, obligatio ipso jure, & sine pacto expresse adjecto, ad evictionem præstandam tibi acquiritur *l. 11. §. 1. 2. ff. de act. emt. l. 14. C. fam. herc.* juncto Scotan. *exa. p. 2. quæst. 434.* Huc referenda ea, quæ nomine naturalium contractus, apud Dd. sunt insignita, de quibus solidè Struv. *ex. 6. th. 24.* Sic III. obligatio ad residuum ex vendito pignore reddendum ipso jure est nata debitori *l. 9. §. 1. ff. de dist. pig.* uti obligatus est creditor, usuras in futurum accipiens, ad sortem intra id temporis spatium haud exigendam *l. 57. de pact.* quas tamen usuras anticipatas moribus Christianis vetitas ait Wissenb. *p. 1. D. 42. th. 26.* & (ut alia multa, præsertim Autorum citationem ex eo fonte hausit) ex illo Struv. *d. ex. 27. th. 57.* IV. Gemello modo ad rem mutuo datam, eadem bonitate reddendam debitor est obstrictus *l. 3. ff. de reb. cred.* tacitè enim, rei datione, reddendæ rei bonitas est determinata & certa reddita, qualis certitudo non subest cum stipulor, vini boni Campani amphoras 100. *juxta l. 75. §. 2. ff. de Verb. Ob.* Hinc primo casu creditor datur conditio certi, posteriori conditio incerti seu ex stipulatu, prout hæc, ut omnia alia, elegantissimè deducit Hahn *ad Wesf. de V. Obl. num. 14. in fin. V.* An huc referendum & credendum id

C

quod

quod cum Accurf. docet Cujacius, scilicet si mulier facta novatione, alienam obligationem contra S& in se recipiat, pristinam actionem novando extinctam, postea creditori in debitorem restitui (uti creditori cui per solennem obligationem actio directa fuit extincta, utilis restituitur, si pecunia deposita fuerit repetita: Hunn. *Var. res. lib. 3. Tr. 8. quest. 10.* cum quo non usquequaque convenit Dn. Strauch. *Diss. 17. th. 13.*) ipso jure non demum à pratore, meritò hæreas, si pensiculatorius ea consideres, quæ contrariæ sententiæ fauces satis prementia affert Wissenb. *p. 1. d. 30. th. 5.* ubi & ad *l. 24. §. ult. ff. ad Sc. Vell.* in qua dicti dissentientes paladium quærunt, respondet. Et certè, (ut de meo quid addam) ipsa illa lex & Wiiff. gladium præbere videtur, cum bis *restitutionis* mentionem faciat, quæ, in dubio de pratore regulariter restituente intelligenda: verba verò, *quamvis statim* vel dubitandi rationem à dissentiente Jcto fortè motam remove & rejicere videntur (quam responsum animadvertens & olfaciens Cujacius *in notis ad l. ult. ff. de minor, dictæ l. 24.* ut solet, violentas manus infert, loco vocis *quamvis* legens *quoniam*) vel de tempore quando restitutio à Pratore peti poterat, accipienda, prout accipiuntur in *§. pen. d. l. 24.*

XIII.

Hujus loci VI. est obligatio ex quasi contractibus, quæ *de r. t. Inst. de obl. q. ex. quasi cont. nas.* quippe in quibus, ipsa lex, sine partium consensu obligationem inducit. Struv. *Ex. VI. th. 31.* Sic VII. ipso jure & sine cessione obligatio, & inde fluens actio, acquiritur domino vel patri si servus vel filius. contrahat, qua de re vide *t. t. Inst. per quas pers. oblig. nob. acq. juncto t. t. Inst. per quas pers. nob. acq. & Dd. ad d. d. t. t.* Sic VIII. fisco interdum ipso jure, activæ & passivæ obligationes quæruntur Grammat. ad *Afflicti dec. 182.* quod & fit, si quid v. g. debitum ob causam respectu utriusque contrahentis turpem, sit *remissum*, quemadmodum si quid datum eidem acquiritur. Hahn ad *W. de cond. ob turp. caus. num. 4. ad verb. in pari re.* Sed an obligatio ad residuum ex nomine, quod quis minoris alteri vendidit (qui juxta famosam *l. pen. & ult. C. mandari*, totum exigere nequit) eidem fisco acquiritur? Sunt qui hîc ei favent; sunt qui id cedenti addicunt; sunt qui residuum de-

bi-

bitoris lucro cedere statuunt. Priora duo hominum genera relinquit, & meo quidem iudicio, ad tertium genus rectè transit Struv. *Ex. 23. th. 80.* De ea obligatione quæ ex alterius stipulatione, fisco est nata, nota Pacium *cent. 3. quest. 19.* IX. Uxori nomen marito in dotem danti, soluto matrimonio, ipso iure obligationem v. g. ad usuras in posterum exigendas redire putem *arg. l. 30. C. de jur. dor. junct. Struv. Ex. 30. th. 47. in fin.* X. Licet regulariter per liberam (potestate patria & dominica) personam alteri non acquiratur obligatio, ne quidem si conjuncta persona Hunn. *Var. Res. lib. 4. Tr. un. part. 4. quest. 2.* aut procurator (de Notario vide *Affl. dec. 393. num. 8. Hahn ad W. de pact. num. 7. & tit. de V. O. num. 4. Wissenb. p. 1. d. 19. th. 18.*) domino sit stipulatus, nisi actio fuerit cessa: Hunn. *d. l. quest. 3. Struv. Ex. 20. th. 3. 4.* tamen sunt casus certi (nam semper haud dabitur actio utilis ex gesto procuratoris, prout putavit Wefenb. *de procurat. num. 8.* satis castigatus à duobus sat rigidis examinatoribus Bach. & Hahn *ad d. num. 8. verb. sed an sine cessione*) in jure quibus talis actio domino sine cessione acquiritur: Vid. *Hotom. 3. O. 31. 1.* Si procurator præsentem domino stipuletur sibi *l. 79. ff. de V. O. Hahn d. l. 2.* Si ille ex re domini quid acquirat, *l. 68. ff. de procur.* (quam à correctione Sandii, perplexæ sibi legis nodum gordium Alexandri gladio, vel potius Cujacii stylo æque acuto secantis, satis breviter refert Hahn *d. num. 8. l. 13. §. 25. ff. de act. emr. quod exactiùs deducit tit. de act. emr. num. 2.*

XIV.

Sic 3. si inter contrahentes actum sit, ut tertio cuidam res restituatur v. g. commodata vel deposita, qua de re notabilis est *l. 8. C. ad exhib. l. 26. pr. ff. depos. quibus jungi meretur præcl. D. Avanc. p. m. in Med. Bach. ad §. si quis alii 4. Inst. de inut. stip. Hunnius d. l. 4. Tr. un. p. 4. quest. 2.* Pari modo, si donatio ita fuerit facta, ut post tempus res donata alii restituatur *juxta l. 3. C. de donat. q. sub mod. illi sine cessione datur actio: vid. Bald. & Goth. ad d. l. 3.* Quibus casibus (quod in transitu) an & quatenus pactum donator revocare possit, de jure naturali, vide *Corpus Juris naturalis Celeb. Grotii de I. b. & p. lib. 2. cap. 11. num. 18. 19. de jure civ.*

civ. Wissenb. p. 2. d. 16. th. 15. (ubi farrago authorum affirmantium, negantium, distinguendum) Moller 4. Sem. cap. 9. Thomings decif. 23. & 53. 4. Si res domino aliter salva esse nequit, vid. Struv. Ex. 20. th. 4. num. 3. (ubi notanda ibi cit. l. 5. ff. de stip. præc.) Hahn d. num. 8. ubi leges & exempla. 5. Si tutor vel curator contraxit pupillo minorive utilis datur actio l. ult. C. quando ex fact. tur. &c. ubi Goth. Hahn ad Wesf. cod. tit. ff. num. 2. Struv. Ex. 31. th. 47. Diff. Wissenb. p. 1. D. 9. th. 18. quod & 6. fit, si militis pecuniam procurator suo nomine mutuam dederit l. 26. ff. de reb. cred. Wissenb. p. 1. d. 12. th. 11. cum aliàs hoc casu, sine cessione actionis præter pupillos & milites, alii agere nequeant l. 2. C. si cerr. per. Scotan. Exam. p. 3. quest. 7. At verò 7. generale est, ut si nummos tuos, tuo nomine mutuos dedi, vel meos, ut tuos, ignorante te, vel meos tua voluntate, Tibi non solum conditio, sed & hypotheca & pignus ipso jure acquiratur l. 2. C. per q. persón. nob. acq. l. 9. §. 8. (quem, ut Deiphobus apud Virg. 6. Æn. erat, Florentinum exemplar habet, --- *Lacerum crudeliter ora. Ora manusque ambas, populataque tempora, raptis, Auribus & truncas inhonesto vulnere nates.* Sed eum ex Taurell. restituit D. Struv. Ex. 16. th. 13. quamvis nec Gothof. ad d. §. 8. displiceat, qui non addit vocem numeret, sed pro creditor, legit credatur vel credamus) ff. de reb. cred. Scotan. d. l. adde Thomings dec. 35. Denique XI. si ante natos liberos magnum tibi debitum remissi post eos mihi natos, ipso jure restituetur obligatio: vide seq. th. 20. num. 4.

XV.

Sed hujus quidem aquæ sat prata nostra biberunt, itaque claudamus hos rivus, & alium fontem, eumque ferè inexhaustum, & omnes Juris campos, ut Jupiter Ægyptius (sic Nilum Parmeno Byzantius apud Athenæum vocat, quia annua inundatione mirabili, pluvix defectum in Ægypto compenset, calique vicem præstet) circumjectos agros rigantem, procedamus. Scilicet ad Jus in re: juxta præc. th. X. quod secundum D. Struvium & all. Ex. 3. th. pen. quintuplex esse, opinio est firma sicut DEUS, ut phrasi utar Afflict. decif. 346. num. 7. in fin. Nempe Jus hereditarium, dominium strictè dictum, servitutem, jus pignoris & possessionem. Nam sextæ speciei, scil. juris dotium, adjectione, numerum hunc quasi sacrum, au-

auctum ire volentem D. Feltman. satis repulit D. Hahn *ad Wes. de donat. int. vir in fin.* uti & Montecatinum, sacrum limitem inter dominium & possessionem, nefario ausu, exarantem convenienti tam veritatis persecutoria, finium regundorum, quam poenam, publico Dd. fisco applicandam, persequenti actione ita constrinxit Idem Hahn *ad Wes. de acq. vel am. poss. num. 8. verb. per se in abstracto* ut similia ausuris, nisi Hypsea sint cæciores, & plus quam Domitius (l. 27. ff. de testam.) desipiant, procul dubio Scopelismum posuerit. Nos his mislis transimus ad primam speciem, scilicet.

XVI.

Jus hereditarium. Hereditatis verò jus vel est immediatè (vid. l. 130. ff. de V. S.) ex jure civ. vel ex prætorio, per bon. poss. vel ex testamento. *Jus hereditarium ex testamento* nulli acquiritur ipso jure, præterquam heredi necessario, arg. l. 57. §. ult. l. 63. ff. de acq. v. omitt. her. Hahn *ad Wes. d. t. num. 5.* Locam. ad §. 1. *Inst. de her. qual. & diff.* & suo: Struv. ex. 34. th. 13. & 15. quod & fit, si quis non instituat sed substituat suum hinc substitutus fratri suo impuberi, sit suus heres. l. 10. §. 1. ff. de vulg. & pup. subst. l. 2. §. 4. ff. eod. adeoque fratre moriente ejus bona, ex substitutione ipso jure quæsitâ habet. *Jus hered. ex bonor. poss.* nulli penitus ipso jure initio (nam agnita, postea etiam non agnoscenti poterit prodesse bon. poss.) acquiri docet Hahn. *ad Wes. de bon. poss. num. 7.* Ab intestato succedendi jus, licet omnibus proximioribus cognatis, ipso jure & immediatè deferatur. arg. l. 14. C. de leg. her. Rubr. verb. deferuntur & §. 1. *Inst. de hered. q. ab int. def. junct. l. 151. ff. de V. S. verb. possit consequi.* tamen dicto modo nulli acquiritur *hereditas*, nisi suis heredibus, quibus quoad actum primum, quam nudam vocant existentiam (quæ notabilibus effectibus non caret vid. Struv. Ex. 34. th. 18. -- 21.) ea ita est quæsitâ §. 3. *Inst. d. t.* Struv. d. l. th. 15. &c. quibus nec jure noviss. emancipati succedentes adjecti, cum in eo quidem constitutum sit, ut sine potestatis discrimine, omnibus filiis hereditas, æquali jure, deferatur, (quod olim secus vid. §. 9. *Inst. d. t.*) non verò acquiratur, ita ut uterque quidem ad hereditatem perveniat sed alter via plana, alter salebrosa: vid. Hahn *ad Wes. quand. dies leg. ced. num. 6.* Ludw. disp. 10. th. 1. lit. g. Struv. Ex. 38. th. 15. Humn. *Var. Res. lib. 3.*

Tr. 1. quæst. 4. in fin. Ex quibus tamen de suorum privilegio dictis, non inferendum, quod creditoribus hereditariis suum convenientibus, ille abstentionem docere necesse habeat, cum illud onus actoribus, immixtionem (quæ actum primum transcendit) asserentibus, justius imponatur, nisi contra reum præsumptiones militent, quarum ea est indoles visque ut probandi necessitatem rejiciant in adversarium: vid. Dan. Moller *lib. 4. Sem. cap. 39.* à quo abit Wissenb. *p. 1. d. 58. th. 7.* ex quo etiam patet, non ubique sententiam Molleri, in foro dominari, ceu generaliter asserit Struv. *ex. 34. th. 22.*

XVII.

Hic fisci (cujus aliàs nunquam est mala causa, nisi sub bono principio: Plin. *in pan. ad Traj.* & qui, juxta proverb. res attrahit, ut cæcias nubes, & lien sanguinis impuritates.) non est obliviscendum; cui hereditas ipso jure (Struv. *ex. 50. th. 4.*) acquiritur. I. Si ea sit vacans, quo pertinet *r. r. C. de bon. vac.* quod & aliis jurebus quàm civili statutum & justa ratione suffultum Hahn *ad Wes. tit. ut, ex leg. & Sct. bon. poss. detur.* (ubi & adducto præjudicio docet, bona cælibum mortuorum jure civ. ad fiscum non delabi. De captivi hereditate præter *l. 31. §. de jur. fis. consule Grot. de J. b. & p. lib. 3. c. 9. n. 10. in fin.*) Fisco tamen potiora sunt collegia quædam quæ refert Struv. *ex. 38. th. 42.* Hahn *d. l. Brunnem. ad r. C. de hered. decur. &c.* vel consors donationis à principe factæ *l. un. C. si liber Imp. soc. sin. hered. dec. Lib. x.* quæ lex ex communi sententia locum non habet in feudis Schnob. *disp. feud. VII. th. 27.* vel civitates quædam municipales ex privilegio (quale jure Rom. non valuit Hahn *ad Wes. in qb. caus. pign. tac. contrab. num. 5. l. 1. C. de bon. vac.*) vel immemoriali consuetudine Struv. *d. ex. 50. th. 33.* De hospitali & tutore alumno vel pupillo succedentibus agit Moller. *4. Sem. 45. num. 10.* II. Si mortuus læsæ majestatis reus arguatur, vide tamen D. Struv. *ex. 49. th. 20.* Franzk. *ex. 14. quæst. 7. Gail. de pac. Pub. lib. 2. cap. 3. num. 15.* Wissenb. *p. 1. d. 54. th. 17. imprimis p. 2. d. 17. th. 1.* Goth. *ad l. 5. C. ad l. Jul. maj. lit. 2.* vel accusatus violentas sibi manus intulerit *r. r. C. & ff. de bon. eor qui ant. sent. ibique Dd.* (qui plenius docent, quando fallat pede regula varo.) vel deportatus moriatur rebus post deportationem acqui-

quisitis relictis. l. 2. C. de bon. profic. ad quem casum & quidam re-
 ferunt. l. 22. §. 5. ff. mand. Vid. Cujac. VI. O. 23. Struv. ex. 22.
 §. 4. quod incommodum videtur Wissenb. p. 1. d. 32. §. 7. III. Si
 hereditas ut indigno adimatur quo spectat t. t. ff. & C. si quasi aliq.
 vi test. prob. & t. t. De his, que (quibus) ut indign. auf. t. t. de Scr.
 silan. (quæ mortuo etiam indigno herede, nihilominus fisci fauces
 non effugit, cum pœna ipso jure sit imposita. vid. l. 22. ff. de accus.
 Hahn. ad W. de pœnis. num. 6. Vultej. 1. de feud. cap. XI. num. 67.)
 quod tamen declaratoria notum sit sententia Berlich. p. 1. dec. 95.
 Non tamen semper hereditas in pœnam ablata fisco cedit, monen-
 te D. Hahn. ad W. d. t. ff. de his q. ut indign. in fin. Sic si maritus
 uxorem heredem scripsit & eo mortuo detectum fuerit adulterium,
 heredibus ab intestato locum esse, decisum apud Moller. 4. Sem.
 cap. 10. Sicut nec fiscus semper hereditatem accipit, si testam-
 tabb. testator, corrumpat Wissenb. p. 1. d. 55. th. 18. Quo etiam
 pertinet, quod hereditatem filiis perduellium delatam, non deglu-
 tiat fiscus, sed ea aliis legitimis heredibus salva sit: Scotan. exam.
 tit. ad L. Jul. maj. Quando tamen fiscus succedit, & bona occupat
 creditoribus puris de conditionalibus vide Mollerum in non ubique
 faventibus juribus confarcinato Wissenb. ad l. 12. ff. de reg. jur. libro
 quinto Sem. cap. 23. Gothof. ad l. 14. §. 1. ff. de novat.) satisfacit qui-
 dem, sed, licet non fecerit inventarium, pro viribus heredita-
 riis Bocer. de regal. cap. 3. num. 34. Claudio hanc thesin duabus qua-
 sitionibus, apud Dd. quos hactenus evolvere licuit inauditis 1. An-
 ne personæ vel corpora fiscum excludentia, eodem modo, ut fiscus
 hereditatem habeant ipso jure & sine aditionis ambagibus acquisi-
 tam? In negantium acie, firma stat ratio, fiscum, prout favorabi-
 lis est, hic aliquid præcipui habere videri: In adversa hoc militat
 argumentum, quod illa vice fisci succedant. Mihi exercitii gratia
 in affirmantium castra transire placet arg. l. 1. verb. ex quo C. de hered.
 decur. & l. 20. verb. omnifariam C. de Episc. & Cler. vid. Lancell. Inst.
 lib. 4. tit. 4. §. Bona quoque. Securus, quod non hæreseos, nec læ-
 sæ majestatis si maxime erroris damnabor. In labyrinthum Te B.
 L. induxi, tu me reducas! nec enim jam una manus tibi vulnus open-
 que feret, sicuti (uti pergit Naso I. de rem. amor) *Vulnus Achilleo que
 quondam fecerat hosti Vulveris auxilium Pelias hasta fuit.* Ego dum alii
 al-

altiore penetralia hujus dubii indagare explorant, & quid verè statuendum decernunt—librabo geminas eventu vindice vires. II. An ne fisco, qui heres est scriptus, perinde, ut de suo diximus th. XVI. hereditas acquiratur? Vix putem! cum fiscus in testamentis utatur jure privati arg. l. 6. ff. de jur. fisc. l. fin. ff. qui test. fac. poss. l. 6. præsertim l. 7. C. cod. ubi Goib. Et omnem scrupulum remove videtur l. 1. §. ult. ff. de off. proc. Cas. conf. Wissenb. p. 1. d. 39. th. 21. in fin. ubi docet, si fiscus Titio succedit, eum in bonis debitorum Titii, hypothecam non habiturum, nisi & Titius eam haberit: Alia est ratio usurarum, nam licet eæ non debeantur Titio, debentur tamen fisco succedenti: Idem p. 1. d. 42. th. XI. num. 3. Tu B. L. *Si quid novissi rectius istis: Candidus impettri, si non his utere mecum.*

XVIII.

Tantum de primæ juris in re speciei acquisitione: nunc ad secundam. *Dominium* ipso jure vel noviter acquiritur, vel ante translatum restituitur. Prius fit I. in legatario (idem dicendum de mortis causa donatario, cui res statim non fuit tradita à donante Dn. *Franck, ex. 5. quest. 8. Hunnius Var. Res. lib. 2. Tr. 4. quest. 3. & 4.*) etiam ignorante: *Struv. ex. 25. th. 18. Diss. Wissenb. p. 1. d. 41. th. 22. sibi vix constans p. 2. d. 10. th. 1. in fin. cui quid purè legatum l. 64. ff. de furr. l. 80. ff. de legat. 2. quod pleniùs exequitur Wissenb. p. 2. d. 10. th. 1. & Hahn ad W. de legat. 1. num. 9. verb. dominium juris.* Exceptionem notabilem, in rebus sub optione legatis, tradit idem Wissenb. d. p. 2. d. 4. th. 19. cui gemina notanda in feudo legato vide *1. feud. 25. Quib. mod. feud. conf. Bejer ad Schnob. disp. feud. V. th. 9.* II. In ecclesiæ, piisque locis aliis, ac civitati donatis rebus venditisve tantùm, licet nondum traditis, vide dissentientem Wissenb. *in comm. ad tit. de V. S. disp. 19. th. 16. & consentientem Hahn ad Wef. de acq. rer. dom. num. XI. verb. interdum solo. Afflict. dec. 299. num. 4. dec. 164. num. 2.* Sic re à Principe donata statim dominium transferri ait *Gail. 2. O. 55. num. 6. quod negat Struv. ex. 40. th. 12.* Utri creditis *Qui-rites?* Ego mihi diem diffindi (*Calvin. Lex.*) jubeo, nunc enim vel jurem mihi non liquere adeoque à sententia dicenda liber ero l. 36. ff. de re jud. III. In herede, cui post solam agnitionem, omnium re-

rerum dominium acquiritur, uti generaliter omnia defuncti jura
l. 23. ff. de acqu. poss. Hahn *d. l.* (ubi addit, idem esse, si in pactis
dotalibus, qui juxta mores firmo stant talo, conjugii successio defera-
tur & ea agnoscat) Non idem dicendum de eo qui universita-
tem emit: videbis Moll. *5. Sem. 58. num. 1.* IV. In eo, in cujus
fundo alter ædificat, plantat, serit, item in cujus charta quis scri-
bit (non si in tabb. aliena pingat: vid. Strauch, *diff. 6. aph. 49.*)
cujus fundo quid alluvione, insulæ nativitate, alvei derelictione,
vel violenta partis avulsione, diuturno tempore adhærentis vicino
fundo, accedit, de quibus Dd. *ad tit. de Inst. & ff. de acq. rer. dom.*
V. In uxore, cui absque traditione, in re propter nuptias donata
dominium acquiritur Struv. *Ex. 30. th. 36.* Diff. Strauch, *diff. 3.*
aph. 20. ubi Hahnium (quem me hariolo, per vocem quidam in-
telligit) *de jur. dot. num. XI.* cum Struvio facientem carpit. conf.
Olemann. *disp. 19. Summ. 25.* unde telum pro Hahnio. VI. In eo
cui dominus rem vi extorsit; Wissenb. *p. 2. d. 30. th. 2.* de moribus
dicetur *seq. cap. 2. th. 3.* VII. In casu ubi pater materque, qui quæ-
ve à prædefuncto conjugue lucratum quid habebat, ad secunda vota
transit, cujus rei dominium liberis prioris matrimonii ipso facto
acquiritur *vid. l. 5. C. de sec. nupt. Nov. 127. cap. 3.* Idem matre ad se-
cunda vota transvolante, juris est in bonis paternis, in quæ liberis suc-
ceslit: *vid. seq. th. 21. num. 1. 2.* VIII. In iis, quibus ad rem ipsorum pec-
cunia emta, utilis rei vindicatio datur, quos enumerat Struv. *Ex. XI.*
th. 6. quibus non annumeranda uxor, si res pecunia dotali sit emta *l. 54.*
ff. de jur. dot. add. Paci cent. 5. quest. 53. Wissenb. *p. 1. D. 18. th. 12.* IX.
In socio universalis, cui continuo ante traditionem & realem illationem,
omnium rerum socii dominium acquiritur, cum confusio fiat dominio-
rum Gothof. *ad l. 1. §. 1. ff. pro soc.* Eadem est ratio aliorum jurium (quod
obiter) socii talis *d. §. 1. & l. 2. ff. eod.* Exceptis nominibus *l. 3. ff. eod.* quia
hæc personæ contrahentis ossibus tenacissimè, & ut character animæ
Afflict. *dec. 335. num. 23.* adhærent, conf. Hahn *ad Wef. d. t. num. 12.*
Id verò quod socius talis, post initam societatem acquirit, alteri socio,
ipso jure non acquiritur ante illationem *l. 52. §. 16. 17. l. 74. ff. d. t. ibique*
Gothof. Struv. *ex. 22. th. 25. 26.* Wissenb. *p. 1. d. 32. th. 22.* adde Sua-
rez. *de lucris marit. & uxor. cap. 1. §. Queritur ulterius 58. pag. m. 63. &c.*
qui dicta de sociis ad maritum & uxorem eleganter applicat. Huc X. per-
tinent pater & dominus, quibus per servum, filiumf. (pro distinctione

D

pecu-

peculiorum) procuratorem res statim acquiritur: Interpr. *ad tit. ff. de acq. rer. dom. & tit. Inst. per quas pers. nob. acq.* Sic XI. rei communis plenarium dominium, ipso jure *arg. l. 52. §. 10. ff. pro socio verb. deinceps rem propriam habebit, & verb. oratio dedit dominium. l. 4. Verb. vindicare C. de adif. privat.* transit in rescipientem; vide Thoming. *dec. 49.*

XIX.

Sed & Calpurnius, fisci Advocatus *l. 3. ff. de his q. in test. del. atrem mihi vellit.* Exemplum XII. est in fisco, cui dominium rei, ipso jure Struv. *ex. 50. §. 34.* acquiritur. 1. Si reus quis sit criminis læs. maj. de quo præter Dd. *prac. th. XVII. num. 2.* citatos vid. Afflic. *dec. 6. num. 4.* vel hæreseos damnatus, de Jure Civ. & Can. *vid. l. 15. l. 18. l. 19. C. de her. Auth. idem. ibid. Lancell. Inst. de heret. & Schism. §. bona quoque Gail. de P. P. r. c. 19. num. 18.* Huc pertinet bonor. dominium ejus qui capitis est damnatus, & omnia crimina, quæ jur. Rom. bonor. confiscatio sequitur: vid. Wissenb. *p. 2. d. 16. §. 10. & d. 17. §. 1.* Hahn. *ad W. de donat. num. 7. de bonis damn. num. 6.* Struv. *ex. 49. §. 106. 107.* qui & quid moribus observetur, tradunt. 2. Si res singularis v. g. legatum, alicui, ut indigno auferatur: *vid. prac. th. 17. num. 3.* Ut & 3. Si res ob non solum vectigal cadat in commissum Hahn *W. de vectig. & comm. num. 4. sub fin.* quo tamen casu sententia declaratoria opus Struv. *ex. 39. §. 51.* (ubi addit, rei commissæ dominium, eodem modo publicano acquiri, quod ex citata tamen ibi *l. 14.* vel fiduculis adhibitis vix exprimes.) juncto Berl. *p. 1. dec. 95.* An idem dicendum, de census fraudatione (quod gravissimum esse crimen argumento est *l. 53. ff. de jud.*) dubito, cum jur. Rom. poena videatur esse arbitraria *l. 2. C. de cens.* De poena hujus criminis mortuo fraudatore, (de quo casu ante aliquot annos inter splendidissimum Dicasterium summum Illustrissimi, Celsissimi Comitum, FRIDERICI CASIMIRI COMITIS in Hanau &c. Domini mei Clementissimi & Venerab. Senatuum Neo Hanoviensem civis clientelam suscipientem, Disputationis serram duætam scio.) agit Wesenb. & ex eo Struv. *d. l. 4.* Si ob causam aliam res in poenam auferatur, ut si quis latrones receperit, eosque non ultrò exhibuerit ex ædibus prædiove *l. 2. C. de his q. larr. &c.* (ubi possessio rem immobilem denotat, ut in *l. 78. ff. V. S.*) Si quis suis prædiis titulos Imperatoris imponat, aut vela regia suspendat *t. t. C. ut nemo priv. &c.* quo casu obtinet illa Christi sententia: **Wessen ist das Bild und die Uberschrieff: des Kaisers.**

fers. So gebt dem Kaiser was des Kaisers ist. Sic & si quæ arrha inter, nuptias in vitis parentibus, affectantes fuerit data: hanc enim mores, fisci sat memores fisco addicunt: vide elegantissimum Tractatum de annulo pronubo, D. Petri Mülleri, Consil. Stolberg. th. 18. Sed hæc ne delator aliquis, spe quartæ, fisco mihi iratum reddat, adjecisse sufficiat, ob brevitatis rationem multa contractis velis præternaviganti, & vicinum litis legenti. Plures titulos (nec enim, nisi de naufragorum bonis fisco vindicandis agatur; cum nunquam tacendo Tacito lib. 4. Hist. novos sinus & varia prædandi vocabula, dicere ausim, cum difficile sit contra eos scribere, qui possunt proscribere) fisco utilissimos videtis apud Dd. ad tit. de jure fisci, & Peregrinum, integro, de hoc argumento tractatu,

XX.

Dominium ante translatum, (vid. th. 18.) ipso jure, ut sic dicam voce, latina civitate haud donata (quamvis nec hac deprecatione opus esse audax dixerit, cum Bald. in l. quoniam C. de testam. expressè scribat, leges Prisciano non subjacere, & Bartolus insignis pro insignibus dixerit, pluribus castigatus sanguinea Laur. Vallæ scuticâ, defensus vel potius excusatus Limæo de J. p. lib. 6. cap. 6. num. 2. 3. 4. ut jam Accursianam latinitatem vel Catoni risum quandoque expressuram, taceam. Quin! & in S. Scriptura esse Sphalmata grammatica B. Lutherus credit: Wendel. lib. 1. Theol. cap. 23. th. 8. p. m. 453.) redacquiritur. I. Si re in dotem ante nuptias datâ, eæ postmodum non sequantur l. 17. ff. de jur. dot. conf. l. 6. ff. sol. mat. quia tacita subest conditio, si nuptiæ sequentur l. 21. ff. de jur. dot. & sic dominium sub conditione resolutive fuit, vel esse potuit translatum. De repetitione arrharum, & aliarum sponsalitiarum largitatum, nuptiis non secutis, vide post l. 15. l. 16. C. de donat. ant. nupt. Sc. l. 2. C. de spons. Carpov. (qui de suis operibus prædicare potest, quod de suis Horat. lib. 3. Carm. od. 30. tot.) p. 3. C. 15. def. 13. Hahn ad W. de Spons. num. V. (quem non sequitur D. Müller in d. tr. th. 32.) & novissimè D. Joh. Ott. Taborem seculi nostri, ut inquit Brunnem. ad tir. C. de suffr. lumen, nunc Francofurti ad Mœnum extinctum, in Relationibus Argentoratensibus (studio Clariss. D. Nicol. Thilenii nunc Professoris Giesensis, penetralibus Vestæ, ut cum dicto poëta lib. 2. epist. 2. denuò loquar, ereptis) Relat. LXXIV. inc. Die Frag. II. Si matrimonium solutum, jure novo, non veteri, dos ipso jure ad uxorem redit: vid. Hahn ad IV. Solut. marr. Sc. num. 2. Struv. ex. 30. th. 47. Sic III. Donatori

natori mortis causa, ob praesens mortis periculum donanti, & sine domini reservatione rem tradenti, si eventus postea non sequatur Struv. ex. 40. th. 29. per l. 29. ff. de mort. caus. don. Diff. Hahn ad W. d. t. num. 7. verb. *conditio personalis* (qui tamen d. num. 7. verb. *resolvatur in princ.* docet, dicto casu donationem ipso jure annullari) & Wissenb. p. 2. d. 16. th. 18. Uti & IV. donatori (etiam non-patrono; Struv. d. ex. th. 16. Strauch. Diff. 8. aph. 31. Ubi & alia notabilia. Hahn ad W. de donat. num. 7. verb. *Præterea si. licet dissentiant Wissenb. p. 2. d. 16. th. 14. Ludw. disp. 6. th. 10. lit. e.*) si ei post rei donationem liberi nati, vel legitimati ab eo fuerint l. 8. C. de rev. don. ubi Goth. lit. k. Quod rerum dominium revertum ad donatorem, non redit ad donatarium, si post possessionis redditionem, liberi nati moriantur, vid. alleg. Aut. V. Si emphyteuta, per tempus legibus praefixum, canonem non solvat domino directo Hahn ad W. si ager vectig. n. 3. not. XV. Scotan. exa. p. 3. quest. m. 475. Gothof. ad l. 3. C. de jur. emph. quod etiam fit, si rem sine domini consensu vendat, de quo Struv. ex. XI. th. 73. in fin. Quibus tamen casibus ad rei possessionem sine vi apprehendendam, requiritur sententia declaratoria: vid. Afflic. dec. 97. Gail. 2. O. 51. VI. Feudum interdum ipso jure ad dominium directum redit, quo de fusissimè agentem vide Feudistarum Antesignanū Vultej de feud. lib. 1. cap. XI. num. 45. & seqq. adde Gail. d. l. Pet. Eliam Schröder disp. feud. 7. th. 1. in addit. & juris feudalis medullam succincta brevitate exhibentem Schnobel. disp. 2. th. 9. disp. 10. th. 30. disp. XI. th. 13. ibique flores à D. Bejero aspersos. VII. Si quis rem sub pacto in diem additionis vendit, & sub conditione resolutive tradit, postea verò res alteri addicatur, ad venditorem ipso jure redit dominium arg. l. 40. pr. ff. de rei vind. Struv. ex. 23. th. 34. Pàrilis ratio est VIII. ejus, qui rem sub lege commissoria vendidit, nam ad hunc, si pactum committatur, ipso jure redit dominium, Hahn ad Wesf. de leg. comm. num. 1. Uti IX. idem redit ad eum qui rem tertio dedit, ut se aleret, si alior fidem frangat l. 1. C. de donat. sub mod. Hahn ad W. de acq. rer. dom. num. XI. ad verb. *interdum solo.* Struvius ex. 40. th. 18. Eliminamus verò & ordine hoc movemus eum qui rem sub pacto de retrovendendo vendit, vel cui in re à se vendita, jus protimeseos datum, ad quos si contra pactum fiat, ipso jure haud venit dominium, Wissenb. p. 1. d. 35. th. 20. 31. Hunn. Var. Res. lib. 3. Tr. 7. part. 1. quest. 6. sed saltem personalis actio super est ad interesse (sed hanc calvum quæ vellicabis?) nisi ratione juris sui, primus venditor in casum injustæ alienationis dominium reservarit Scotan. ex. p. 3. quest. 364. & 409.

licet

licet enim pactis non quærat^r dominium l. 20. C. de pact. tamen conser-
vatur, sicut aliàs, faciliùs est retinere quam acquirere, Wissenb. p. 1. D. 12.
th. 11. Alias aliquot exceptiones in *cerites tabulas* refert Struv. d. ex. th. 43.
& 48. Cautelam tamen notabilem pro venditore suggerit Berlich. p. 1.
dec. 123. aliam Carpz. p. 2. C. 32. def. XI. Sed!

XXI.

Ad tertiam juris in re speciem, *servitutem*, methodo instituta vo-
cor Servitus vero in duo genera herciscitur in personalem & prædialem.
Illius quatuor crepugnet licet, contra communia Dd. vota, & legum
suffragia, Bachovii quondam, ut ex prologo operum ejus (Bach.) ap-
paret, amicus intimus, *scilicet!* Hunnius *Var. Res lib. 2. Tr. 2. quest. 17.*
18. 19.) sunt species, Ususfructus, usus, operæ servorum, habitatio.
Ususfructus (qui inter servitutes personales tantum eminet, *quantum len-
ta solent inter viburna cupressi*, & hinc quod de eo dicetur cæteris paribus
& in terminis habilibus, reliquis erit aptandum *arg. pr. Inst. de usu & hab.*
ne verbosa fiat disputatio, ut in simili loquitur Justinianus pr. Inst. quod cum
eo qui in al. pot. &c.) ipso jure acquiritur. I. In pœnam secundorum vo-
torum, patri vel matri, in bonis quæ à prædefuncto erant lucrati, amissa
eorum proprietate, ceu dictum *prec. th. 18. num. 7. l. 5. l. 3. pr. C. de sec.*
nupt. Ut II. matri binubæ in bonis, in quæ paterna liberis successerat
d. l. 3. §. 1. cum auth. seq. Nov. 22. cap. 46. §. 2. Sed quid si matre adhuc
vidua liberi mortui fuerint, an per post secuta vota dominium eripitur,
ususfructu ipso jure constituto? In negativam inclinat Afflic. *dec. 75. n. 3.*
arg. d. l. 3. §. 1. in pr. qui tamen in seqq. num. se corrigere videtur: & bene,
vide d. Nov. §. 2. ubi, (quod obiter) usus denotat usumfructum Go-
thof. ib. lit. n. uti passim in Nov. v. g. Nov. 118. cap. 2. Nov. 134. cap. XI.
Nec evitabunt dictas pœnas pater materq; si defunctus conjux secundas
nuptias permiserit. Wissenb. p. 1. D. 45. th. 3. Diff. Scotan. *Exa. p. 4.*
quest. m. 270. attamen si voluntate liberorum secunda vota suscipiant
Struv. *Ex. 29. th. 53. sub fin.* aliter Wissenb. *d. Disp. th. 4.* quamvis (quod
pace tanti Papiniani dictum velim) ratio ejus non stringat, licet enim li-
beri secundas nuptias nequeant impedire dissenso suo, tamen eo pœnas
sec. nupt. salvas sibi conservare possunt, quas consensus tollet. III. Patri
(non avo materno Jur. Civ. Richt. *Dec. 18. num. 39.* sicut nec matri, quod
moribus Saxon. & aliorum locorum, in casu patris mortui mutatū Hahn
ad W. de usufr. num. 9. & de tutel. num. 5. cui jungendus Bejer *ad Schulz.*
Synops. Inst. per quas pers. cuique acq. num. 30. De parrio meo, in hoc casu,
jure

jure vide adoptatum Jus Solmenſe p. 2. Tit. 28. §. Beren aber.) in adventi-
tiis bonis (omnibus ſi ſit filiuſ. in dimidia parte ſi emancipetur; quod ul-
timum vix moribus obtinet Schulz d. l. lit. D.) filii filiaſve: Hahn d. num. 9.
licet illi aliunde quàm à patre alimenta habeant. Carpz. p. 2. C. 10. def. 7.
& licet ille ad ſecundum matrimonium tranſeat Nov. 22. De uſufructu
in venis metallicis filii, vid. Thoming. dec. 12.

XXII.

Sunt tamen caſus, quibus in dictis bonis (alium caſum ubi pa-
ter in bonis ſibi ademtis & filio datis non habet uſufructu. exhibet
Nov. 134. cap. XI.) filiiſ. patri uſufructus non acquiritur. I. Si
juxta Nov. 118. c. 2. cum patre ſuccedat filius, fratri ſororive (quod
quidam extendunt ad caſum ubi pater & filius heredes ſcripti extra-
neo ſuccedunt. Berl. p. 1. dec. 136. num. 13.) cum jure antiquo, per
d. Nov. deportato, pater omnium bonorum hereditariorum uſufr.
habuerit Gothof. ad d. cap. 2. II. Si quid à Sereniſſimo Principe, vel
piiſſima Auguſta donetur l. 7. C. de bon. que lib. quale tamen donatum
non pertinet ad peculium caſtrenſe (cum & filiaſ. poſſit donari ab iis
d. l. 7.) licet fortè diſſentiant Græci Interpretes, uti tradit Bejer ad
Schnob. diſp. ff. IX. §. 29. quamvis filio, uti peculium caſtrenſe, plene
acquiratur, quomodo intelligenda verb. d. l. 7. ad ſimilitudinem. III.
Si filius relictam ſibi hereditatem, contra Patris voluntatem accepta-
verit. l. 6. pr. & §. 1. cum ſeqq. C. d. t. Sed ut loco ultimus, ſic utili-
tate & frequentia omnium primus eſt caſus. IV. Si nimirum quid
filioſam. filiaſve relictum in teſtam. matris vel extranei, vel donatum
ſub conditione (an exprimenda? an etiam tacita, & ex conjecturis
colleſta? Prius affirmat Struvius ex. 12. th. 5. quam ſententiam firmi-
oribus legum pedamentis niti, & juri conformiorem amioioremque
eſſe, ait Berlich. p. 1. dec. 35. num. 5. Poſterius Moller 2 Sem. 26. Berl.
d. dec. 135. 136. Strauch. Diſſ. 7. aph. 34. qui etiam exempla conjectu-
rarum ſufficientium tradunt, quibus nil præter album calculum adji-
ciendum ſcio. conf. Aſſiſt. dec. 44. num. 15.) ne patri in eo uſufr. ſit
Nov. 117. cap. 1. unde deſumpta eſt Auth. excipitur C. d. bon. q. lib. An
verò uſufructus in legitima filii patri poſſit adimi? Jti certant, &
adhuc ſub judice liſeſt. Sed negativa luce meridiana eſt clarior ex
d. nov. 117. cap. 1. verb. poſtquam reliquerit. et. Hac enim Sstruv. ex. 12. th. 5.
quamvis praxis in partem affirmativam, ſed, ut ſolet, deterioiorem ver-
gat. Berl. d. part. 1. dec. 137. approbatus Strauch. diſſ. 7. aph. 34. qua qui
theore-

theoreticus incumbit, cum pariete ventrem faciente (uti in *L. 17. pr. ff. si serv. vind.* eleganti metaphorâ, ultra *crepidam* assurgente, ait eximius Jctus Alfenus, forte ille quondam *sutor* Cremonensis de quo Wissenb. *ad. l. 87. ff. de reg. jur.*) incumbere, ex disertissimo Clar. Struvii ore legi, in Salana Academia Themidis atria terens. An verò nepotem ex filio spurio natum, inlituente avo, usus-fructus patri acquiratur, docet Wissenb. *p. 1. d. 56. th. in f.* Conf. Berl. *d. p. 1. dec. 139--147.* ubi varias difficillimas, sed utilitate quotidiana conspicuas, de hac paterni usufructus prohibitione, & prono quasi alveo inde fluentibus controversiis, quæstiones resolvit, & adjectis Ampliff. Scabinatum responfio fulcit, quas quia ad hoc nostrum tribunal non directò spectant, loquaciore crena tractare superfedemus, præsertim cum adhuc quidam, quibus usus. ipso jure acquiritur, restent; quæ nos propriè arena hîc exercet.

XXIII.

Nempe. IV. iis, quibus ille confufructuario mortuo vel repudiante accrescit quo pertinet *t. t. ff. de usufr. accres.* Licet enim Bocerum sententiæ nostræ amicum, Hahn *ad W. de usufr. num. 9. sub pr. carpat.* addita ratione, quod illa usufructus accretio, sit ex ultima voluntate per legatum, quo (prout hunc errorem in seq. latè propugnat) jus in re non statim transferatur. Ego tamen, qui cum D. Struvio *ex. 12. th. 12.* & aliis suffraganeis, qui Hæctori illi dissentienti sunt Achilles, hoc principium non agnosco (*vid. seq. th. 25. num. 5.*) nec id quod ex tali fonte fluit, magni facio. Ex meliore luto Titan præcordia finxit eidem D. Hahn, cum *d. l. ab immediata usufr. acquisitione rejicit usufr. præscriptione constitutum, cum hic factò hominis usufr. quotidie percipientis substantiam debeat.* An verò & in aliis servitatibus personalibus quàm usufr. ea accretio locum habeat prout generaliter asserit Wissenb. *p. 1. d. 19. th. 10. in pr.* hæctenus dubitavi ex præscripto Cartesiano: cum sane usus, utpote individuis duobus in solidum relinqui nequeat, quod tamen jus accrescendi requirit Hahn *ad W. de usufr. acc. num. 3. in pr. Struv. d. t. th. 26. 27. vid. et. l. 19. ff. de us. & hab.* nec de nihilo est, quod, quocunque in jure oculos vertes *usufr. accrescentis tantum mentio fiat.* V. Illis, quibus in judiciis divisiis, aut fam. herc. in rebus divisionem commodè non recipientibus, usufr. vel usus est adjudicatus, rei proprietate apud alteram manente Struv. *ex. 12. th. 6. Hahn d. num. 9.*
cujus

ejus rei solidam rationem suggerit Locam ad §. ult. *Inst. de off. jud.* cui tamen associandus Cl. Dn. Avunc. p. m. in *Med. Bach ad d §. ult.* cum aliis extra talia judicia, ex sententia nostrum nil fiat, at nostrum jam esse declaretur. l. 8. §. 4. ff. si serv. vind. De servitutibus personal. fisco acquirendis, thesin seq. vid. ubi & de socio.

XXIV.

Hæc de servitutum personal. acquisitione quoad non socium & privatum. Servitutes prædiales ipso jure acquiruntur I. Fisco in casibus quibus ei hereditas vel dominium acquiritur: de quo retrò vestigia legenda. Sed v. g. deportati ususfructus fisco non cedit arg. l. 16. in fin. C. de usufr. (licet ille fortè aliàs in heredem deportati, si defunctus fuisset, transmissibilem habuerit indolem. arg. l. ult. C. eod. passim.) nec ejus usus aut habitatio arg. pr. *Inst. de usu & hab.* juncto §. 3. *Inst. de usufr.* De operis servi deportato ante legatis incipiti cura distrahatur ob. l. 2. in fin. ff. de usufr. leg. ubi illæ in heredem dicuntur transmitti, nec audit Bachovii restrictionem dictæ leg. Hahn ad *W. de oper. serv.* Attamen fisci partes (in dubio non defendendas: Wissenb. p. 2. d. 39. th. 7. 8.) hinc deseram: arg. d. l. ult. II. Socio universali arg. legum supra th. 18. num. 9. in arenam productarum, quibus hanc hinc addimus rationem, quod servitutes reales, ut accessorium, sequantur causam rei principalis. Sed ane eidem servitutes personales acquirantur? Neutiquam arg. §. 3. *Inst. de usufr.* Aliud tamen dicendum, de fructuum percipiendorum facultate, & juris istius exercitio. arg. §. 1. *Inst. de usu & hab.* & eorum quæ tradit Struv. ex 22. th. 26. Hinc nullus dubito asserere, socium cum Socio, cui usus rei. v. g. ædium est legatus habitare posse arg. l. 2. l. 3. l. 4. l. 5. l. 6. ff. de usu & hab. juncta l. 63. pr. ff. pro socio: item si habitatio sit relicta socio. arg. §. pen. *Inst. de usu & hab.* l. 13. C. de usufr. vel operæ Serviles arg. l. 3. ff. de oper. usufr. (Legibus hinc tantum pugno, cum autoritates Dd. in promptu non sint focii jura in hoc puncto docentium) Quæ omnia eò magis vera puto, quod aliàs in individuis quæque socius focii jure fruatur Struv. Ex 8. thes. 60. in fin. & ex 13. th. 60.

XXV.

Illæ communia sunt tam servitutum personalium quam realium, quod ipso jure acquirantur. I. Heredi agnoscenti, si inter res hereditarias reperiantur servitutes prædiales, & ex personalibus operæ servorum l. 2. ff. de

ff. de usufr. leg. semper: ususfructus verò usus & habitatio tum demum & non nisi in casu l. ult. C. de usufr. Si quis sibi & heredibus usumfr. v. g. stipulatus fuerit vel legatum acceperit: add. l. 5. pr. ff. quib. mod. ususfr. amitt. l. 38. §. 10. 11. 12. de Verb. Obl. Quo tamen casu nonnisi in primum stipulatoris legatariive heredem, usumfructum transire Dd. tradunt: Struv. Ex 12. th. 33. quod licet ex l. 14. C. de usufr. leg. (ubi sancitum ut usufr. rei Titio legatæ apud heredem remanere iustus apud primum saltem maneat) quam inter prædialias adducunt directò probari nequeat, quo pertinent ea quæ cantat Hahn ad W. quib. mod. usufr. amitt. num. 1. & disputat. Wissenb. ad l. 194. ff. de reg. jur. th. 5. argumentum tamen conatu haud frustraneo inde deduci posse crediderim, nec enim diversitatis ratio apparet, cur, si Titio rei proprietas sit legata, heredi usufructus, heres primus intelligatur; at si vice versa heredi proprietas sit relicta, & Titio ac heredi usufructus, non intelligatur primus Titii heres. Et in utroque casu militat ratio, quam nec oblita est d. l. 14. quod scilicet aliàs proprietas inutilis sit futura. Hæc adhuc mea est sententia pro Dd. quos qui temerè offendit, næ ille percutit alveare iratarum plenum apum! Nec tamen tanti mihi erit communis illis via, ut cum Medea videns meliora, deteriora sequar. II. Patri vel domino, aut pupillo, si illæ per filiumf. servum, procuratorem, tutorem sint acquisitæ, de quo in præc. Adde r. r. ff. de stip. serv. præsertim §. 2. Inst. d. 1. ibique Cl. Avunc. p. m. Med. Bach. III. Ei qui eas sub pacto commissorio aut in diem additionis vendidit tertio, vel ad se alendum dedit. conf. præc. th. 20. num. 7. 8. 9. IV. Legatario cui ex legatæ Struv. ex. 12. th. 9. & 12. & ex. 13. th. 36. in f. Moller. lib. 5. Sem. 58. num. 4. Strauch. diff. 7. th. 21. Dissentit quoad personales Servitutes (ut jam diximus præc. th. 3.) Hahn ad Wesf. de usufr. num. 9. §. Sed q. an idem. (cujus tamen propugnacula facili Marte expugnari posse videntur, si quis notet heredis traditionem usufr. tantum ad possessionem acquirendam, perinde, ut in legato rei dominio ab herede nihilominus tradendæ, pertinere) consentit quoad prædialia Idem tit. de servit. num. 5. verb. sunt qui dicunt. Deniq; V. si post rei servitutem debentis inundationem, aqua ante finitum tempus, quò aliàs servitus amittitur, recesserit, ipso jure restituitur ea. l. 23. l. 24. ff. quib. mod. ususfr. amitt. at si post tempus illud, prætor succurrat necesse est. Struv. Ex. 13. th. 55. per l. 35. ff. de ser. rust. præd. add. Gail. 2. O. 60. Carpz. 3. C. 32. def. 18. His similis est materia de resurrectione servitutum, qua de Struv. d. l. th. 54. in fin.

Ad quartam juris in re speciem, *Pignus*, (largiter sumtà voce) transgredior, quod ipso jure quæsitum. I. Omnibus iis, quibus tacitum pignus jura vel mores (nota dignum exemplum videre licet apud Willenb. p. 1. d. 2 s. th. 21. Licet verò consuetudo admittat, faminam ex feudo dotari tamen illud pro dote tacitè non esse oppignoratatum, extra omnem dubitationis aleam apud præcipuos feudalis juris Interpretes videtur positum Schnob. *disp. feud VI. th. 24. Affl. dec. 76. & 162.*) tribuunt, in quod fertilissimum argumentum me diffundere, & contra *LL. XII. tabb. tit. 28. §. 10.* alienam messem ex agris Dd. bonis etiam artibus pellicere nolo, cum omnium luminibus jamdudum obstruxerint, ex veteribus Neguzantius, ex recentioribus adducens subtilia Serica bombyx, Bachovius, quibus jungenda Dd. cohors ad tit. ff. *In qb. caus pignus &c.* II. Et cui pro debiti securitate pignus à debitore, vel tertio, est legatum: Struv. *ex. 35. th. 18. verb. vel saltem in re sua constituere potuit. conf. Hahn. ad W. qui testam. fac. poss. num. 10. verb. uno actu &c.* Hunn. *var. res. lib. 2. Tr. 5. quæst. 4.* III. Patri dominove, si servus filiusve, & ex constitutione Justinianeæ procurator hypothecam acquisivit: *Vid. præc. th. 13. num. 7. & th. 14. num. 7.* Denique IV. idem haud invita, ut spero, Themide, dicere licet, de donatore, cui, si ante natos liberos ob notabile debitum, pignus maximè ad crediti securitatem faciens remisit, post natos eos, ut dominium *præc. th. 20. num. 4.* sic pignus ipso jure acquiritur *vid. l. 8. C. de rev. don.* At si locus universalis pignus acquisivit, id alteri sine cessione non acquiri puto *arg. l. 3. pr. verb. exceptis nominibus. ff. pro socio. ubi Goth.* Tantum de pignore.

XXVII.

Restat de *possessione* agendum. Hæc verò, quia in sui nativitate est puri puti facti (*Hahn. de acq. vel amitt. poss. num. 2.*) tam rarò ipso jure acquiritur, ut licet hereditas, dominium aliaque ipso jure acquirantur fisco, heredi post, suo ante agnitionem, & postliminiò reddenti, possessio tamen nisi corporaliter apprehensa non transeat in eos (Legum, quoad suum heredem obstantium densam phalangem justa strage fuderunt & disparunt Willenb. p. 1. d. 58. th. 7. Hunn. *V. R. lib. 2. Tr. 5. quæst. 28.* Giphani. *ad §. sui autem. Inst. de her. q. int. def.*) *l. 19. ff. ex. quib. caus. maj.* Struv. *ex. 42. th. 17. & ex. 50. th. 34.* Hahn. *ad W. de hered. per. num. 9. ubi præjudicium.* Quæ adeò vera sunt, ut nec

nec rex, ex plenitudine potestatis, sine actu verò vel ficto possessionem possit transferre, si credimus Afflicto *dec. 299. num. 8. 9. 10.* Imò, nec una re hereditaria possessa (de parte rei feudalis apprehensa, distinctione, Plutonis familia non digna utitur *Scubob. disp. feud. 5. th. 26.*) omnes intelliguntur possessa nequicquam in hac veritatis quasi possessione nos turbante *l. 37. pr. ff. de Sect. Treb. Wissenb. p. 2. d. 19. th. 10.*

XXVIII.

Sunt tamen & à regula hac rigorosa exceptiones (ut ne hęc falsa sit *l. 202. ff. R. Jur.*) nam possessio ipso jure quæritur. I. Arrogatori *l. 16. ff. de precar.* quo text. probant Dd. quod possessio bonorum, monasterium ingredientis acquiratur monasterio sine apprehensione: *Affl. d. dec. 299. num. 15. 16.* II. Socio universali: *Goth. ad l. 1. §. 1. ff. pro soc.* III. Heredi qualicunque: cui possessio per illud temporis spatium quod inter defuncti mortem, & hereditatis aditionem intercescit, acquiritur, & ad usucapionem prodest *l. 30. ff. ex. quib. caus. maj. l. 40. ff. de usuc.* quod jure singulari receptum *Strauch. Diss. 8. aph. 15. Wissenb. p. 1. D. 58. th. 7.* IV. Domino & patri, re per servum, procuratorem, filiumf. apprehensa, quem juris articulum divina brevitate, in omnibus Scriptis Ejus conspicua, exhibet *D. Strauch. Diss. 6. aph. 21. 22.* Add. *Locam. & Cl. Avunc. p. m. Med. Bach. ad §. Item nobis. Inst. per quas pers. nob. acq. Hahn ad W. de acq. poss. num. 6. verb. utrumque enim Hunn. V. R. lib. 2. Tr. 4. quæst. 19. Afflicto. dec. 167. num. 6. ubi de possessione, heredi per colonum acquirenda. Juxta æquitatem Juris Can. ei, qui propter Rei potentiam aut dolum, intra annum rem ex primo decr. custodiendam accipere non valuit, post annum possessio ipso jure acquiritur. C. cum contingit. X. de dol. & contum. Lancell. lib. 3. Inst. tit. 6. §. si tamen. VI. In casu *l. 54. C. de Episc. verb. plenam possessionem Affli. dec. 299. num. 4.* VII. In casu *l. 74. ff. de cont. emt.* Ubi sine vera apprehensione transit possessio; quod tamen non fit in investitura abusiva *Schnob. Disput. feud. V. thes. 5. ubi Bejer* (etiãsi investiens dicat, eam vim realis possessionis habituram, prout sat rigorosè tradit *Afflicto. decis. 299. passim*) attamen in constituto possessorio. *Struv. Ex. 41. th. 57.* Est hujus climatis, ut sic dicam, quæstio, an statuto vel consuetudine introduci possit, ut vacua possessio in aliquem*

aliquem sine apprehensione transvolet? Quæ quæstio si simpliciter proponatur & crudè intelligatur, rectè negatur, nam possessio, nudo legis iussu revera non transit hæc enim factum requirit, quod non potest verè dici intercessisse, ubi non intercessit arg. §. 2. *Inst. de usus.* (ubi Justinian. fatetur, Senatam quamvis civiliter potentissimum, contra naturam tamen rebus consumtibilibus vim duraturam tribuere non potuisse) at benè fingi: hinc si quæstio cum hoc grano falis intelligatur, ane statuto possit introduci, ut iidem effectus v. c. heredi tribuantur ante apprehensionem, qui tribuuntur post eam? ab affirmantium parte, quicquid dicatur ex Afflicto d. l. *passim* omnino stabimus sub vexilliferis & veteranis Themidos militibus Wissenb. ad ff. p. 1. d. 58. th. 7. & ad l. 193. ff. de reg. jur. th. 2. 3. (Qui tamen ad ff. p. 2. d. 23. th. 27. putat, tali statuto extante non dari recuperandæ poss. interdictum, heredi, defuncto dejecto. conf. Gail. 2. O. 152. num. 16. 17.) Gail. d. O. Struv. Ex. 42. th. 17. Strauch. Diff. 6. aph. 12. qui addunt civilissimam, ut audit, possessionis istam acquisitionem, in Gallia, Hispania, Italia obtinere. Idem de Germania, seculi nostri lumen, fori columen, imò Idololum advocatorum & iudicum Carpozovius, asserit quem tamen cum applausu Domini Soceri ad *W. de hered. pet. num. 9.* refutavit D. Eichel, in sat celebri Disputatione *De transiione possessionis in heredes.* Ego ad exemplum Palæmonis Virgiliani claudio hoc caput versu: *Non nostrum inter vos tantas componere lites!*

Reliqua duo capita, quæ ex Tractatu seu Discursu hoc nostro sat prolixo restant, ut ultimam jam limam meam, passa, nunc quidem, prout animus fuerat, properanti adjicere, non licet, proxime id faventibus vis Nixiis, Lector Benevole! fiet: nec enim ignotum, necessitatem facere posse, ut solutio particularis sit admittenda: arg. *Recess. Imper. mihi ferè coætanei, de Anno 1654. §. Nachdem auch & seqq.*



8



ULB Halle 3
003 487 318




Sl

Wort







2. *QVOD FELIX FAVSTVMQVE*
SIT!
DISCURSUS JURIDICUS INAUGURALIS
De
EO QUOD FIT
IPSO JURE, 1678, 3^b

Quem
Autoritate & Decreto
NOBILISSIMI AC AMPLISSIMI JURIS-
CONSULTORUM ORDINIS IN PER-
ANTIQUA ACADEMIA
ELECTORALI PALATINA,
Adjuvante Numine,
PRÆSIDE



VIRO Nobilissimo Excellentissimo Consultissimo
DN. HENRICO COCCEJO,
U. J. D. JURIS FEUD. ET GENTIUM
PROFESSORE ORDINARIO,
Pro Summis in Utroque Jure Honoribus ac privi-
legiis DOCTORALIBUS legitimè consequendis
Publico & solemnè Eruditorum examini sſter.
OTTO PHILIPPUS ZAUNSCHLIFFERUS
Hanoviensis, Summi Tribunalis patrii Advocatus Ordin.
Ad Diem 27. Aug. 1678. H. E. L. S.

HEIDELBERGÆ. Denuo recusa Anno 1712.

